UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

F Baptista Mantuani Bucolica Seu adolescentia in decem eglogas diuisa

Baptista <Mantuanus>

Daventrie, 1505

Petri Bolandi. Disthicon Amatores. Mundi: Conte[m]pto Deo Adulteris et oui pereunti Similes esse.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70222

Visual Library

Murice veſtes
Rideo quicquid legit aſtur auri
Fertiles campos libie: Sabei
Pulueris fumos. Solymiq3 munus
Balſama regni
Rideo merces alio petitas
Sole: roſtratis cupide carinis
Et per ignoti ſinuoſa vectas
Littora ponti
Rideo thermas: celebres et arcus
Porticus ſpectacla natationes
Vitreos orbes: niueoq3 ductas
Marmore villas
Rideo luſus. hylareſq3 menſas
Et puellarem fragilem decorem
Plecta concentus choreas roſarum
Sutile textum
Rideo luxum babyloniorum
Indie regum: Sybariticos et
Perſicos miror nihil apparatus
Deliciaſq3
Rideo lauti patinas Apici
Prādia āthoni ſimul ⁊ Vitelli
Prodigos mores: epulaſq3 martis
Pontificumq3.
Mutat et carpit malefida ſors hec
Gaudia et quedam minuit ſenectus
Integer ſanguis: bona forma: cedunt
Omnia morti
Sola non languet ſpecioſa virtus
Omnibus gemmis: opibuſq3 maior
Viuit et nunq̄3 decus exoleſcit
Artus honeſte. FINIS

Petri Bolandi. Diſthicon Amatores. Mundi: Contenpto
Deo Adulteris et oui pereunti Similes eſſe.

Quicquid amauerimus mūdi te chriſte relicto
Dicimur ⁊ mechis ſimiles ⁊ oui pereunti.

Petri Bolandi diſthycon de ambicioſis vt inferioribus ⁊ miſerioribus cohabitent.

Qui ſibi iure cupit deferri ⁊ poſcit honores
Nunc inter miſeros viuere non pudeat.

¶ Diſthycon Codri.

Sydera nō tot habet cęlum: nec flumina piſces:
Quot ſcelerata gerit fęmina mente dolos.

¶ Aliud diſthycon Codri

Ille beatus erit qui ſe virtutibus ornat:
Sed qui ſe vitijs inquinat ille miſer.

Diſthycon Jacobi vimpfelingi ad Petrū Sturm bone indolis nobilem pueruz de vera nobilitate.

Dilige virtutem ⁊ ſophiam flos candide petre
Nobilis hinc vere: tuqꝫ beatus eris.

¶ Joannis Alphonſi Diſthycon.

Non audet ſtygius pluto tentare quod audet
Effrenis monachus plenaqꝫ fraudis anus

¶ In cōiuratione ſotulariā aut Sculponię Diſthycon Jacobi Vimpfelingij.

Ocia ſcorta merū ludus mihi damna tulere
Hinc clerū ⁊ ciues me ſpoliare iuuat.

¶ Aliud eiuſdem in eoſdem